Res Gestas
CAROLI MAGNI
Svecorum, Gothor:, Vandalorumq;
REGIS & MONARCHÆ
semper
AUGUSTI
semper
INVICTI

Delineare
audebat
Auctor Armor: Victric:

Anno 1702. Mense Novembr:
Editione hâc novâ auctiori & emendatiori;

I.

Repræſentans CAROLUM. MAGNUM.

* * *

MAximus ex Magnis CAROLIS CAROLUS 1. Duodenus, 2.
Invictus ſemper, 3. Victor ubiq; pius; 4.
Defenſor 5. fidei, 6. Boreæ 7. protector & Auſtri, 8.
Heſperiæ 9. felix arbiter, 10. Orbis honor;
Qvi nec adhuc juvenis 11. Reges ſupereminet 12. omnes
Et pace & bello par ſibi 13. major eis;
Qvi victis 14. Danis, Ruſſos 15. mox fundit atroces,
Saxonas 16. indomitos cum ſociisq; 17. domat;
Qvi ſolâ famâ 18. ſinceros firmat amicos, 19.
Vindicat oppreſſos, 20. territat ambiguos: 21.
Heroem tantum veterum nec ſecla dedêrunt
Neve dabunt mundi ſecla futura parem.

II. Re-

1. Carolo Magno Germaniæ & Galliarum Imperatore, ut & Carolo nono, decimo & undecimo regnorum Svedicorum regibus & monarchis oriundus ac prognatus. 2. Hujus nominis duodecimus inter monarchas & reges Sveciæ. 3. Etiamſi fuerit multo inferior hoſtibus, qvibus cum aperto marte congresſus eſt. vid: qvæ ad Carm: 3. infra annotavi. 4. Teſtari hoc posſunt Seelandi t. t. omni ſane protectione deſtituti, clementiá tamen CAROLI generoſisſimè ſervati; teſtari hoc qvoq; posſunt Moſci ad Narvam victi & ſalvi domum dimisſi. Teſtari hoc deniq; posſunt Saxones ad Dunam capti, Curlandi malevoli, Sapihæqve domus ante victoriam Saxonibus favens. Teſtari hoc in ſuper posſunt Lithuani atq; Poloni bellum Livonicum non impedientes, ad qvod tamen ex fœdere pacis Olivienſis tenebantur. 5. Hæreditarius & ſummus. 6. Evangelicæ per Divum Lutherum reſtauratæ 7. Regnorum Svedicorum. 8. Libertatis & religionis Germanorum ad Auſtrum verſus ſitorum reſpectu Sveciæ. 9. Gallorum, Hiſpanorum, Anglorum & Italorum qvos Oceanus Occidentalis ambit. 10. Mediator, Pacis nimirum Ryſvicenſis. 11. Naſcebatur enim A. 1682. d: 24. Junii. 12. Pietate, Clementiâ, Juſtitiâ, Fortitudine, Temperantiâ, aliisq; virtutibus magnum Heroem formantibus. 13. h. e. Semper auguſtus, ſemper intrepidus, ſemper magnanimus, ſemper incomparabilis & ut brevius hæc exprimam ſemper CAROLUS. 14. In Holſatia & Seelandia vide infra. 15. Famoſo iſto prælio ad Narvam die XXX. Nov: vid: infra. 16. Primo ad Dunam d: XIX. Julii A: 1701. & deinde ad Clisſoam. d: 19. Julii A: 1702. 17. Polonis, Lithuanis, Moſcis & Coſſacis. 18. Rei tam fortiter geſtæ. 19. Quorum intereſt Sveciam conſervari illibatam. 20. Et ne qvidem pace redintegratâ uti par erat reſtitutos. 21. Nutantes, incerti bellumne inferant Svecis, an pacem conſervent, cautiores demum redditi ſociorum clandeſtinorum cladibus inopinatis.

II.

Repræſentans

Inopinati belli inopinatam metamorphoſin.

* * *

SVECIA quæ toti pacem 1. procurat en 2. orbi, 3.
Ipſa neqvit 4. tantâ pace qvieta frui!
Saxonicis 5. ſubitò 6. premitur Livonia turmis,
Cobrono 7. & victo mox nova Munda 8. cadit:
Claſſibus 9. Oceanus; 10. magnis Holſatia caſtris 11.
Impletur, ſeptem 12. clauſtra repentè ruunt;
Riga dolisqve 13. armis diverſis 14. neſcia vinci,
Et bis cincta 15. luit, bisqve recluſa 16. fidem; 17.
Interea miſerè fortis Tönninga cruento 18.
Qvaſſatur ferro, 19. tartareisqve globis; 20.
Ingria & infelix manibus vaſtatur acerbis 21.
Arx Kokennhuſæ 22. prætereaqve perit;
Narva citra ac ultra 23. caſtris circumdatur altis, 24.
Barbarus atq; ferox 25. hoſtis ubiq; 26. furit.

Aſſur-

---

1. Ryſvicenſem. 2. Suſceptâ & feliciter peracta mediatione. A: 1697. 3. Germanis, Gallis, Hiſpanis, Anglis, Italis, Batavis, illorumq; Coloniis in Aſia, Africa & America fundatis; & per bonam conſeqventiam etiam Polonis, Moſcis, Turcis & Tartaris. 4. Laceſſita enim per tot tantasq; provinciarum ſuarum vaſtationes arma demum accingere cogebatur. 5. Saxonico Regis Poloniarum exercitu 10000. peditibus & dimachis contexto; ducibus Flemmingio & Paykullio. 6. Nulla præviâ belli denunciatione. 7. Occupatur ſub & opreptitie Aō. 1700. d: XXIV. Februar: 8. Deditur die XXIV. Mart: 9. Danorum. 10. Balthicus. 11. Ductu Ducis Würtemb: Reg: Dan: ſumm: Camp: Marech: d: XX. Martii; caſtra hæc conſtabant 16000. veteranis. 12. Fortalitia Holmer: Steinhaüſer: & Sorcker: expugnabantur d: IIX. Aprilis, Caſtella Huſumi d: xII. April:, Fridericoſtadii d: xIII. April:. Ramſtadii d: xIx.; Arx Gottorpienſis d: xxIII. ejusdem menſis. 13. Artibus Patkullii profugi & Carlovitzii ſancti Reg: Polon: ad Moſcum Legati. 14. Saxonicis Flemmingii, Polonicis Lubomirskii, Litthuanicis Sapihæ ductu; qvibus adhuc conjungebantur aliqvot turmæ Tartarorum & Coſaccorum. 15. Obſidione; primo qvidem d: xxvII. Februar: duce Flemmingio; deinde d: xxx. Julii auſpiciis ipſius Regis Poloniarum. 16. D: xv. Maji. fugientibus t.t. obſeſſoribus ſub adventum turmarum finnonic:; æqve ac deinde d: xxvII. Septembr: diſcedentibus ad tempus Saxonicis ad expugnandam arcem Kokenhuſæ. 17. Fidem Regi hæreditario promiſſam & conſtanter ſervatam vaſtatione prædiorum & deſolatione ſuburbiorum intrepida luit. 18. Expugnatione caſtellorum ſupra denumeratorum cruentato. 19. à d: xxII. Aprilis usq; ad Iv. Junii. 20. à d: xxvI. Aprilis usq; ad Iv. May: ignivomorum globorum vulgò Bomben 6000, igneorum vero 118. vibrantur; 21. Ductu Sheremetiofis Moſcorum ac Coſaccorum turmis & aliqvot Hordis Tartarorum ſtipati. 22. Arx Kokenhuſæ ruinam jam dudum minitans cedit d: xvII. Octobr: 23. Fluvium interfluentem. 24. Ultra morem elevatis & ſ: l:a: bene munitis. 25. Cladis t: t: ſecurus & pœnæ. 26. Nec Ingriæ, nec Finnoniæ, nec Eſthoniæ, nec Livoniæ terris aut oppidis parcens. vid: Hiſtor: bell: Livon:

Assurgunt Sveci, capiunt mox arma, moventqve
Adveniunt, pugnant; causa 1. DEUSqve favent.
Sternit 2. Cimmerias 3. hîc Gyldensterna *4. phalanges,*
Tönningam & magno servat[5] *honore* Baner*; 6.*
Totâ 7. illîc Rigam Dahlberg, *8. virtute tuetur, 9.*
Saxonica & Maidel *10. castra revellit ovans, 11.*
Sustinet Horn *12. istîc Narvam 13. per mille labores, 14.*
Velling *15. &* Cronhjort *16. motibus 17. usq; vacant: 18.*
Accelerat CAROLUS *19. Regum fortissimus Heros,*
Hostis & attonitus multus ubiq; fugit;
Pellitur Oceano 20. Danorum classis 21. avaro,
Obstruitur portus, 22. freta relicta patent; 23.
Exscendunt Sveci, 24. famosa Selandia cedit, 25.
Haffnia magna tremit, 26. redditur alma qvies: 27.
His factis 28. vastum CAROLUS *mare transit 29. Atlantis 30.*
Appellens 31. fortes conglomeratqve 32. manus.

Adprope-

---

1. Belli; summo cum moderamine inculpatæ tutelæ suscepti. 2. Ad Reinbeckam d: XXIX. May. ut & deinde ad Utersen: & Elmeshorn: vid: Hist: bell: Holsat: 3. Danorum copias, in Holsatia parte Cimbriæ t.t. militantes. 4. Sacr: Reg: Maj: summus Campi Mareschallus & Gubernat: Gener: Duc: Brem: & Ferd: 5. Valla & mænia solo fere æqvata in cineribus adhuc defendens. 6. Summ: Ducis Holsat: General: & Gubern: Tonningæ; ortu & animo Svecus. 7. Omnibus & scientiæ militaris & prudentiæ civilis remediis adhibitis. 8. Sac: Reg: Maj: Senator, summus Campi Maresch: & Gubern: Gen: Livoniæ. 9. Per sesqvialterum annum à d: XXVII. Febr. Aõ. 1700. ad d: XIX. Julii Anni 1701. continuis vigiliis & excursionibus hostes fatigans. 10. Sacr: Reg: Maj: Campi Marech: præcursores ducens exercitus Vellingii. 11. Diffugientibus turmis Saxon: Litthuan: & Cosaccor: ultra Dunam d: XV. May; 12. Sacr: Reg: Maj: t.t. tribunus peditum & præfectus Narvæ, nunc Marech: Campi. 13. Nudam fere milite, nec adhuc bene munitam & rebus necessariis haut abundantem. 14. à d: XXII. Septembr: usq; ad d: XXX. Nov: 15. Sacr: Reg: Maj: sum: Campi Marech: & Gubernat: Gen: Ingriæ. 16. Sacr: Reg: Maj: Campi Marech: & Gubern: Careliæ. 17. Polonorum, Moscorum & Cosaccorum excursionibus. 18. Ille qvidem exercitu veteran: finnon: & Esthoniæ; hic autem aliqvot tantum legionibus & turmis tyronum Careliæ & finnoniæ. 19. Stipatus prætorianis & aliqvot Legion: Sveco-Gothicis. 20. Mari Balthico. 21. Secedebat enim sub adventum Classis Svedicæ ductu CAROLI intrepidi accelerantis. 22. Portus Haffniæ d: XX. Julii occludebatur; hîc qvidem per classem Svedicam, illic per aliqvot naves bellicas confœder: Anglor: & Batav: 23. Freta Oresundæ, Balti majoris & minoris. 24. Nimirum 3. saltem cohort: prætor: & una ex præsid: Malmog: qvibus Rex magnus nec aqvam nec ignem timens d: IV. Aug: st. n. prope prædium Kragerup ad rivum Hummelii qvatuor colles littus ibi formantes feliciter ascendebat. 25. Reliqvis legionibus ex 6000. veteranis compositis transportatis. 26. Turmas victrices ante portas, classesq; victrices ante portum videns, nullumq; auxilium sibi promittens. 27. Holsatis æqve ac Selandis. 28. Pace Travendalensi d. XIIX. Aug: subscriptâ. 29. d: XII. Octobris. 30. s. mare balthicum, id qvod alluit veterum Atlanticam sive Sveciam probante hoc Clariss: Rudbeckio. 31. Rex cum prætor: ad Pernoam d: XVII. Octob: reliqvæ legiones ad Revaliam appellebant. 32. Ex turmis adductis, qvibus nonnullæ ex exercitu Velling: jungebantur.

Adproperat Narvam, 1. pessumdat castra, 2. triumphat! 3.
Centum mille Hostes ense fugâq; cadunt. 4.
Devictis Moscis 5. subeunt hyberna 6. stativa,
Victrices turmæ 7. mox 8. iterumq; movent;
Dorpatum veniunt, Valmarum 9. & deniq; 10. Rigam,
Hostis ubi infelix 11. fœdera vana 12. luit:
Nil bello injusto 13. fluvii, nil agmina magna,
Nil Castella, Duces, nil sociiqve valent!
CAROLUS en Dunæ fluvium 14. transcendit, 15. & illic
Agmina, 16. castra, 17. Duces, 18. cum sociisq; 19. domat 20.
His factis cedunt arx Kockenhusa, 21. Cobronum, 22.
Cum Dunamundâ, 23. moxqve Mitoa 24. patet 25.
Omnis; 26. & exuvias 27. auget 28. Birsena relicta; 29.
Inclyta nec tardat 30. Vilna 31. subire jugo; 32.
Lechiadum 33. & sedes 34. cedit 35 Varsavia Magna;
Totaqve mox ultrò flectere regna 36. volunt: 37.

1. Hâc

---

1. à d: XXIII. usq; ad d: XXX. Nov. 2. Fortissimè munita & ad minimum 60000. milit: repleta. 3. Tot tantisq; exuviis ab hoste reportatis. 4. Ense periêre 18000, ex reliqvis multos fluvius absorbuit; multos frigus & inedia exanimârunt; multos deniq; Rustici vindictæ Diis victimârunt. 5. Et ad nauseam usq; fugatis. 6. In finibus Esthoniæ & Livoniæ inter Narvam & Dorpatum ad prohibendas Cosaccorum & Tartar: excursiones disposita; hyberna Regia arx LAIS subministrabat. 7. Invitæ summoq; tempestatis rigore coactæ. 8. Statim ac prata lætiora pabulum præbebant. 9. Vulgo Wolmer. 10. Nimirum die XVII. Julii A. M.DCCI. 11. Saxones & Mosci; Calcatores olim Rheni felices & Istri. 12. Invitisq; fatis sane compacta, qvorum præposterus finis erat Sveciam divellere & inter fœderatos partiri. 13. Vid: Tractat: cui titulus est VIND: VERITAT: 14. Largissimum & rapidissimum. 15. die XIX. Julii. 16. Ex tot tantisq; legionibus Veteranorum peditum & cataphractariorum composita, vid: infra. 17. Ad prohibendum transitum in ripâ exstructa & per totum fere annum castellis munita, multisq; tormentis & præsidiariis repleta. 18. Famosos & experientissimos Steinavium, Ducem Ferdinandum, Paykullium & Repini. 19. Quorum 20000. Russiâ spectatum venerant; qveis accesserant insuper 4000. Cosacci & Tartari excursionibus qvidem & latrociniis aptiores qvam præliis. 20. Livonesq; simul & Polonos tot hostibus exonerat. 21. Diruta & derelicta d: XXV. Julii; 22. Sub initium Victoriæ XIX. Julii. 23. Reddebatur d: XXII. Decembr. 24. Sedes Ducis Curlandiæ. 25. MÖRNERO Sac: Reg: Maj. Campi March: d: XXII. Julii; 26. Cum Bauskeburgo; Doblenâ; Liboa & toto tractu Curl: Semig: Samog: 27. Quas Sveci â Saxon. reportaverant occupando castra citra & ultra Dunam. castellum Slock: arcem Kockenhusæ, novam Mundam & Mitoam; 28. VI. tormentis magnis ex ære confectis ac XXXII. scaphis cupreis ad formandos pontes volatiles inventis, vulgo Pontons, qvæ omnia Saxones ibi deposuerant tanqvam in asylo. 29. Wisnovvitzskianis & Oginskianis attonitis. 30. Nimirum d: V. April: A. MDCCII. accelerante rege finitis hybernis Würgens: Golding: Couvvnoviens: 31. Caput Lithuaniæ. 32. Præsidii Svedici ad tuendam urbem & libertatem adducti gubernatore Mörnero; 33. Polonorum. 34. Regia. 35. Præsidium ex prætorianis Reg: Svec: recipit d: XXV. May profligatis turmis Oginskianis, absenti Reipublicæ exercitu & secedente Rege Polon: cum Saxonibus Cracoviam. 36. Poloniæ majoris & minoris derelicta qvasi & idcirco protectionem Regis Sveciæ & auxilium ambientia, 37. Pabulo & Annonâ militari Svecos ubiq; sublevando.

Hâc rerum 1. *facie motus* 2. *revocat legiones* 3.
Saxoniâ Auguſtus 4. *perqve Deumqve* 5. *focos* 6.
Allectis demum Vallachis atqve Polonis 7.
Congreditur 8. *pœnas dat* CAROLOq; 9. *novas* 10.
Depereunt eqvitum 11. *turmæ, peditumqve* 12. *cohortes!*
Qveîsqve enſis 13. *parcit; corripit ecce palus:* 14.
His factis 15. *tandem Svecus* 16. *Cracovia* 17. *cedit;*
Lechiades 18. *rurſus* 19. *proqve Salute* 20. *vovent* 21.
Qvâ benè firmatâ 22. CAROLUS *victricia* MAGNUS
Totos in Moſcos 23. *caſtra movere jubet* 24.
Victor & hos felix mox proterit impiger Hoſtes
Alpibus 25. *& Rheno* 26. *qvò ferat omnis* 27. *opem*, 28.

III.

Repræſentans
Primos tyrocinii annos CAROLI XII.
ab 9. Jul: Aõ. 1700. ad 9. Jul: A: 1702.

CAROLUS *arma movens* 1. *Danos* 2. *compeſcere primos* 3.
Feſtinat, 4. *veniâ* 5. *mox revenitq;* 6. *datâ,*

Sic

---

1. Inopinata rerum mutationẽ. 2. Solio timens & ſceptro. 3. Auctiores multum & graviores. 4. FRIDERICUS AUGUSTUS Rex Poloniarum. 5. prætendens de religione & aris. 6. De urbibus & prædiis actum eſſe, niſi unitis viribus CAROLO per viſcera Regni perrumpenti reſiſtatur. 7. Exercitu Polonorum ductu Principis Lubomirsky. 8. Cracoviâ movens AUGUSTUS audito CAROLI ſemper intrepidi adventu Cliſſoæ ſubſiſtit ſilvasq; inter ac paludes & colles caſtra ponit. 9. Cui nihil invium. 10. Effractæ nimirum pacis Olivienſis, vaſtatæ Livoniæ & confœderationis præpoſteræ pœnas dabat primo ad Dunam Aõ: 1701. d: XIX. Julii; deinde ad Clisſoam Aõ: 1702. XIX. Julii; fatali ſatis omine. 11. Cataphractorum. 12. Veteranorum olim victorioſisſimorum. vid: ſupr: 13. Svecorum; tot tantisq; AUGUSTI machinationibus irritatorum. 14. Arva uliginoſa & dumoſã, qveîs Campi Cliſſovienſes muniti & circumcincti ſunt. 15. Fugato nimirum tantæ ſpei & jactantiæ exercitu, ac ſecedente AUGUSTO cum reliqviis Sandomiram; obſidentibus inſuper Gylldenſtiärna majorem Poloniam & Maidelio Litthuaniam. 16. Præcurſoribus exercitus Regii cedebat 3. Auguſti præſidium Svedicum gubernatore Stenbockio recipiens. 17. Cum arce Regia & toto palatinatu. 18. Senatores & Nobiles Reipublicæ Poloniarum. 19. primo qvidem Varſaviæ & Sandomiræ convocante Rege; meliori autem deinde ſucceſſu Varſaviæ auſpiciis Eminentisſimi Cardinalis Radzieiovsky Primatis Regni. 20. Reipublicæ. 21. Diverſis proh dolor animis & votis; aliis regem ipſum, aliis provincias, aliis nummos & amicitiam inviolatam pro ſalute & libertate avitâ devoventibus. 22. Ad beneplacitum CAROLI reſtabilitâ. 23. Longè latèq; graſſantes ac occupatis per Litthuaniam & Poloniam Svecorum armis prævalentes. 24. Copias victrices ductu Vellingii, Rhenskildii, Maidelii & Stenbockii. 25. Italiæ. 26. Accolis Rheni. 27. Toto exercitu victorioſisſimo ſtipatus. 28. Ad æqvilibrium usqve; id qvod DEUS TRIUNUS, Optimus rerum publicarum ſtator & ſtabilitor in communem omnis Europæ ſalutem vertat, totus rogo.

1. Ad tuendas regni Sveciæ provincias Livoniam, Eſthoniam & Ingriam. 2. Uſurpantes FRIDERICI ſummi Holſat: Ducis terras. 3. Utpote proximiores. 4. Deſcendendo in Selandiam, videõ ſupra. 5. Effractæ pacis Altenoenſis & abruptor: tractat: Pinneberg: 6. Pace Travendal: ſubſcriptâ.

Sic Tyrocinio perfecto lauriger hostes
Exiguâ & reliqvos 7. pergit adire manu ;
Transcendit 8. vênit 9. vidit 10. simul & qvoq; vicit 11.
Moscos , Lechiades , 12. Saxonas atqve Scythas : 13.
Ausus erat magnus , 14. sed adhuc Victoria 15. major ;
Maximus ast fructus 16. fama perennis erit!
Macte, potens Heros , REX es nec pluribus impar
Regibus Augustis , Cæsaribusqve 17. Scythis ; 18.
Perge piis armis , qvô te fortuna 19. Gothorum 20.
Victorem 21. ducit , cedere 22. cuncta volunt. 23.

IV.Re-

---

7. Moscos æqve ac Polonos. 8. Tractum Maris Balthici Carlscronam inter&Pernoviam. 9. Narvam primò ; deinde ad Dunam&Clissoam. 10. Castra & agmina hostium. 11 Moscos qvidem & Tartaros ad Narvam ; Saxones autem cum Moscis & Cossacis ad Dunam; cumq; Polonis & Vallachis ad Clissoam vid:supr: 12.Polonos & Lithuanos. 13.Tartaros, Cossacos & Vallachos. 14. Primo enim aggrediebatur Rex intrepidus exercitu Svecorum fatigato & qvasi exhaustoMoscos; qvamvis altissimis castris immersos multisq; tormentis obtectos ; Moscorum erant ad minimũ 60000; Svecorum ne qvidem 8000 ; peditatusSvecorum ex legion: prætor:, Dalecarl:, Helsing:, Wesmaland: Vermeland: & Finnon: ; eqvitatus ex prætor:, eqvit: & velit: ; ex nobil: Esthon: & Livon:; exAboens: Nyland: & Careliæ Finnon: & deniq; ex Esthon:&Livon: turmis constabat ; paulo post Rex invictus oppugnabat Saxonum exercitum ex 4. legion: cataphr:; 4. legion:veteran: pedit:, aliqvot turmis dimacharum & 24. Cohortibus Moscorum conflatum, ac rapidissimo Dunæ fluvio magnisq; castellis munitum qvindecim modo Cohortibus peditum & 300. eqvit: numerum 7000. militum non excedent:, peditatus constabat ex 4. cohortibus prætor:, 2.coh: Upland:, 2.coh:Dalekarl:, 1.coh:Helsing:, 2. coh: Wesmaland: , 2.coh: Nericiæ&Vermeland:, & 2.coh: BothniæOccident:; eqvitatus autem ex prætor: eqvit:&velitibus, ut&Upland: compositus erat;vide supra; nuperrime deniq;Rex infatigabilis semperq;VictorAUGUSTI exercitum ex 8000.Polonis atq; Vallachis & 18000.Saxonibus conflatum ad Clissoam munitissimis in castris pessumdabat manu admodum parva tantoq; terrarum tractu fere exanimata ; eqvitatus CAROLI contextus erat ex 1. turmâ eqvit: prætor:, 4. turm: desultoriorũ prætor:, 12. turm: Upland:, 7. turm: Smaland:, 8.turm: Ostrogoth.& 8. turm: Scaniæ Australis:; peditatus constabat ex 4.Cohortibus prætorianis, 2. coh: Upland:, 2. coh: Dalecarl:, 2.coh:Wesmaland:, 2. coh: Vermeland:, 2.coh: Bothniæ Occid:, 2.coh: districtus Calmariens:, & 2. coh: tyronum Upland: &Ostrogoth:; qvæ tamen omnes & singulæ 8000. tantum milites armatos continebant, vide supra. 15. Tot enim mille hostium cæsi, tot exarmati, tot profligati ; tanti Duces capti ; tot trophæa reportata ; ad Narvam 149. tormenta ænea, 28. mortaria, 4.Ballistæ vulgo Haubitzen, 146.vexilla, 16.signa eqvit: ; 100. signa velit: ; ad Dunam 36.tormenta ; in armamentario Schlock: 48. tormenta ferrea ; Kockenhusæ, 22. tormenta ænea ; 4. mortaria ænea, & 2. Ballistæ ; NovæMundæ 71. tormenta ænea veter: Elect: Saxon: cum 6. ballistis & 18. mortariis æneis ; ut taceam apparatum bellicum, commeatum & spolia qvæ Svecis ibi fortuna adjudicavit ; ut taceam tormenta & exuvias Saxonum qvasRex ultra pergens Mitoæ, Birsenæ, Vilnæ & Varsaviæ invenit ; ut taceam 48.torm:ænea, ditiss: Augusti supellectilem & thesaurum cæterosq; Victoriæ Clissoviensis fructus;ut deniq; taceam tormenta & exuvias Cracoviæ, Lublini, Zamoisciæ,&c. 16. Victoria enim ad Narvam Moscos adeo timidos reddidit, ut ne qvidem conspectum Svecorum jam sustinere possint, nisi ad minimũ sint viginti contra unum; testantur hoc expeditiones *Spenceri, Cronbjorti* & præprimis *Slippenbachii* Marech: Camp: ; Victoria ad Dunam non tantum Saxones toto Polon: regno dimovît ; sed & Regi Victori Curl: Semig: & Samog: submisit;Victoria autemClissoviensis malevolorum novas machinationes suppressit & pacem ad lubitum CAROLI procurat. 17.CZAARIS ; 18. Russorũ à Scythis oriundorum; 19. Avita ; 20.Per totum terrarum Orbem migrantium, 21.Semper pium, semper intrepidum. 22. Tibi;Justissimum bellum gerenti. 23. DEO T. O. M. sic disponente.

IV.
Repræsentans
Res gestas CAROLI MAGNI 4. epigrammat:

I.

Exscendit 1. primo ascendit 2. transcendit 3. & anno; 4.
Et Dani & Mosci, Lechiadesq; 5. luunt! 6.

II.

Una dies 7. Moscos, & Danos Hebdomas una 8.
Saxonem & una domat Luna 9.; qvid Anne feres? 10.

III.

Saxonas & Danos cum Moscis 11. perdomat anno,
Si pergit nullus sufficit Orbis ei!

IV.

Si Tyro 12. tantas didicit devincere gentes,
Dic! 13. CAROLUS *qvid agat, 14. dum Veteranus 15. erit.*

---

1. A: 1700. die IV. Augusti Exscendit CAROLUS in Selandiam militibus, sagittariis & rusticis armatis repletam stipatus *VVachtmeistero* Senat: & sum̃o classis Navarcho; *Rehnschildio* summo Campi Marech: & Gubern: Gen: Scaniæ, *Possio* Campi Marech: & tribuno pedit: prætor:, *Stuarto* Campi Marech: & summo castrorum metatore, *Hornio* Campi Marech: & Capitan: eqvit: prætor:; & 2200. peditibus. vide supra. 2. Ascendit CAROLUS castra Moscorum ad Narvam d: XXX. Nov: 1700. stipatus Vellingio, Rehnschildio, Possio, Hornio, ut & *Siöbladio* summo Rei tormentariæ præfecto; *VVachtmeistero* locum ten: sum: Campi Marech: & Gub: Calmariæ; *Maidelio & Ribbingio* March: Campi, vide supra. 3. Transcendit CAROLUS fluvium Dunæ d: XIX. Julii A: 1701. stipatus Siöbladio, Vellingio, Rehnskildio, Maidelio, Possio, Stuarto, Hornio; ut & *Livio & Spencero* locum tenent: summi Campi Marech:, & *Steenbockio* Campi Marechallo. vide supra. 4. â IV. Aug: A: 1700. ad XIX. Julii, A: 1701; sicqve tres istas expeditiones primo statim anno feliciter perfêcit, qvibus sæpius Duces experientissimi omnem rerum gestarum gloriam perdidêre; 5. Poloni & Lithuani t: t: sub vexillis Saxonum militantes. 6. Estractam pacem; Dani qvidem pacem Altenoensem. A: 1689. Mosci Cardisiensem: A: 1661., Polono-Saxones autem Oliviensem A: 1660. compactam. 7. Nimirum XXX. Novembr: 8. Nam d: XXX. Julii obstruebatur portus Hafniæ, d: IV. Aug: Rex Sveciæ transcendebat fretum Oræsundæ & d: VII. Aug: Travendaliæ reassumebantur tractat: pacis. moxq; die XVIII. subscribebantur; 9. Vel Mensis, die enim XIX. Julii congrediebatur Rex intrepidus cum Saxonibus, & medio Augusti jam omnes Curlandiâ, Semigalliâ, Samogothiâ, Litthuaniâ & maxuma parte Poloniæ cedebant. 10. Annus ille secundus tyrocinii Monarchæ nostri incomparabilis attulit nobis permigrationem armatam & occupationem vastissimi ac belli cosissimi Poloniarum regni à Riga ad Cracoviam usqve, ut & Victoriam Clissoviensem, cui præter Regem intrepidum aderant experientissimi & fortissimi Duces Vellingius, Rhenschildius, Livius & Spencerus locumtenentes Regis; *Alexander à Strömberg*, Possius, Mörnerus, *Nierothius*, Hornius & Stenbockius summi vigiliarum præfecti. vide supra. 11. Hoc ordine bellum Svecis & fœderatis inferebant; 12. Bello adhuc ut liceat ita loqvi inexpertus; 13. Vates, si potes; 14. Quas nam gentes subjugabit. 15. Sedecim annorum experientiâ imbutus.